



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

Concordia SS. Patrum, ac Scriptorum sub Papis Sæculi III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

persecutione subscribenda retardatus, eam tamen prosequitur.	273
In suos exercens tyrannidem occiditur.	278
33. TACITVS cohibet persecutionem edictis.	278
Moritur statuâ eius fulmine icta.	279
34. FLORIANVS Tacit frater Impium arripens trucidatur à militibus.	279
35. PROBVS adolescens eligitur Imp.	280
Germanos vicit, barbaros trium-	

phat, occiditur à militibus suis.	282
36. CARVS, CARINVS, NUMERIANVS supra unum annum imperant, necantur.	283
37. DIOCLETIANVS ex gregario Imperator	284
Galerium Maximianum creat Casarem.	291
Sevit in Christianos & cognatos.	294
Imperio se abdicant ambo.	304
Fædo percunt interitu.	316

### Concilia Sæculi III. consona Papis.

1. ANTIOCHENVM I. Contra Schisma Nouatianum *an.* 255.
2. Alterum ibid. in causa Pauli Samosatani, *an.* 265.
3. ROMANVM I. *an.* 254. contra Nouatianum, lapsos ab Ecclesia reiciens.
4. Alterum *an.* 263. in causa Sabellianorum.
5. Africanum *an.* 255. sub S. Cypr. in causa lapsorum, aliud in causa Aquariorum. *an.* 257.
6. Aliud de baptismo hæreticorum *anno* 258. Cuius tamen acta sunt à S. Stephano Papa rescissa.

### CONCORDIA SS. Patrum, ac Scriptorum sub Papis Sæculi III.

TERTULLIANVS Afer Carthaginensis, professus pallium, *anno* 201. à cunctis abstinens, vni studebat Sapi-

entia. Solebat dicere; *Aliud non curam quam ne Curam.*

Ardentissimi zeli catholicus in Ecclesia scripsit. Demum ad Montanas defecit. Plerique eius libri parum tuto leguntur erroribus aspersi.

CLEMENS Alexandrinus presbyter *anno* 196. insignis scriptor erat; sed eius scripta, ab hæretis adulterata recensentur à Gelasio inter apocrypha: quibus tamen insunt bona plurima: Pater discipulus Origenis magister fuit.

MINVTIVS Felix Caudidicus Romanus scripsit *anno* 210. dialogum apologeticum pro Christianis.

S. HIPPOLYTUS Clementis discipulus, Episcopus Portuens. *an.* 224. rationem Paschæ & temporum canone scripsit, pluraq; alia, *an.* 227. quo & Martyrium subiit pro fide Christiana.

ORIGENES Alexandrinus, *an.* 204. patris ad martyrium inflammator, & eiusdem appetens puer Confessores confortabat. Etatis *an.* 18. scholâ S. Theologiæ aperuit, *an.* 205. Seipsum euitat hæreticos conuincit; Romam, Alexandriam.

deriam. & c. late peragrat, vt S. Scripturæ interpretationem indaget, sex Bibliorū editiones collegit. *An.* 248. suspectus de hæresi, publicam fidei professionem edidit, Romamq; ad Fabianū perrexit ad sese purgandum: Dira sub Decio pro fide patiebatur, obiit *an.* 256. Cætera de eo inter hæreticos require.

AMMONIVS Alexandrinus, Sanctitate clarus eremita, & in coniugio virgo *an.* 318. defuncti anima ferri ab Angelis in cælum visa fuit *an.* 337. scripsit Canones Euangelicos seu harmoniam.

S. GREGORIUS TAUMATVRGVS Origenis discipulus: *an.* 233. Sacerdotio initiandus fugit, & absens à Phædimo Episcopo consecratur & Sacerdos, & Neocæsariensis Episcopus: Infamatusque à scorto diuinitus vindicatur. Articulus fidei, in primis de S. Trinitate, à B. V. Maria & S. Ioanne acceptos confertur: ab miraculorum & frequentia & magnitudine nomen inuenit Taumaturgizylum Christianorum sub Decio. Ethnicos innumeros conuertit. Obijt *an.* 266.

S. CORNELIVS Papa insignes scripsit epistolas; de quibus S. Hier. Vide inter Pontifices supra Ibidem & de S. Sixto II. Cui falso tribuitur Sixti philotopi liber, non sanum sapiens.

S. CYPRIANVS, ex Rhetorices professore & neophyto Episcopus Carthag. *an.* 250. plus æquo Tertulliani Lectione delectatus in errorem anabaptismi labitur, *an.* 214.

Inuehitur in lapsorum impænitentiam receptores *an.* 253.

Nouatus Afer anno 254. concitat

aduersus eum schisma, cuius auctorem Felicissimum cum suis excommunicat, coacto contra Nouatianos Concilio: & purgat Cornelium Papam à calumnijs Nouatianorum.

Aquarios Concilio condemnat, *an.* 257. Diuinis visionibus ad martyrium animatur exul, *anno* 260. quod *anno* 261. consequitur. Basilica ei positâ honoratur, Patronus Africa in direptione *anno* 239. Scriptis celeberrimus. S. Pontius Diaconus ipsius vitam graphicè descripsit.

S. DIONYSIVS Alexādrinus Episcopus Nouatianum Antipapam ad resipiscentiam per literas hortatur, *an.* 254. stat pro sententia S. Stephani PP. de non rebaptizandis hæreticis, *anno* 258. S. Sixtum PP. de hæresi Sabellij emergente monet relegatus in exilium, *anno* 260. cuius & accusator primus & oppugnator est calamo. Millenarios item prodit & Paulum Samosatenum *anno* 264. diem obit *anno* 266. inelytus scriptor.

S. ZENO Episcopus Veronensis octauus, clarus miraculis: Ad piscandum egressus conspicatur insidentem plaustrum sese iam in Athesim cum bobus iugatis submersurum: is ergo signo crucis dæmonem fugat, & semi suffocatum redanimat. Galieni Imp. filiam obsessam liberat: oblatam coronam auream Cæsaris accepit, at protinus comminuit, egenisque distribuit. Idola Veronæ ex data licentia Cæsaris contracturus, vrbe in tumultum ruente, cadauer submersi prono flumine veniens vocauit, & redanimauit. Quo viso vrbs tota se dedit Christo.

Pippi.

Pipinus basilicam eius honori ponit: cuius ianuas & fenestras crescens Athelis transcendit, nec tamen influxit. Obijt *an.* 257. Scriptis plurimis relictis.

S. VICTORINVS Pictaviensis Episcopus & Martyr *an.* 303, vixit, multis in S. Scripturam Commentarijs celebris.

S. METHONVS Tyri Episcopus confurator Porphyrij apostatae & Gentilium, multis insignis monumentis martyrio coronatus vixit *an.* 300.

His adde DOROTHEVM Tyrensem Confessorem, ARNOBIVM & c. Tryphonem, Phileam Thebanum. & c.

## DOGMA TA ECCLESIAE Romano-Catholicae

Saeculi III. Nouantibus contraria. Exempli gratia.

I. *Missam & Sacrificium Noui Test.* asserit Clemens Alexandrinus Stro. li. 7. Tert. in Apolog. & lib. de cultu foeminarum. Cypr. ep. 63. & 67. Orig. hom. 13. in Leuit.

II. *Per baptismum gratiam infundi* docet Cypr. l. 1. ep. 12. Tert. l. de baptismo.

III. *S. Chrisma & Ceremonias* docet Cypr. l. 1. ep. 12. Et l. de duplici martyrio, Et l. de bapt. Tert. l. de Corona militis, Et de resurr. Carnis.

IV. *Purgatorium* docet Tert. l. 4. contra Marcionem, Et lib. de testum. anima. Cypr. l. 4. ep. 2. Orig. hom. 6. in Exo. In Jerem. c. 14. In Ps. 36. Et contra Cellsum l. 5. & 6.

V. *Orationes pro defunctis* docet Tert. l. 1. de Corona militis.

VI. *Primum Petri* agnoscit Tert. Lib. pudicit. & contra Marcionem. Cypr. l. 1. Epist. 8. & l. 3. ep. 11. & l. 4. epist. 8. & tract. de simplicit. Prælatorum; vbi de Ecclesia Romanae prærogatiua placet.

VII. *Matrimonium esse Sacramentum* asserit Tert. de Monomachia.

VIII. *Satisfactionem pro peccatis* docet Cypr. l. 1. ep. 3. l. 3. ep. 14. Et de lapsis. Tert. l. de pudicit. & Ieiunio. Orig. hom. 6. in Exo. Euseb. l. 6. c. 24. in Phil. Imp.

IX. *Confessionem Sacramentalem* docet Tert. l. de poenit. Cypr. serm. 5. de lapsis. Orig. hom. 2. & 3. in Leu.

X. *Inuocationem Sanctorum* docet Tert. l. 2. in Iob. & hom. 16. in Iosua. Euseb. l. 6. c. 5. Cypr. l. 3. ep. 15. & 18.

XI. *Liberum arbitrium* asserit Tert. l. contra Marcionem. Et l. de Monog. Orig. hom. 9. in Num. Cypr. l. 3. ep. 5.

XII. *Opera bona necessaria ad salutem* docet Orig. l. 1. in Iob. & tract. 32. in Matth. Tert. l. de pat. ent. Cypr. l. 3. ep. 25.

XIII. *Imagines* commendat Alexand. Mammaeæ huius Imperator suo in Martyrio conseruans imaginem Christi, vbi Lamprid. in Alexandro.

XIV. *Quadragesimale ieiunium* docet Tert. l. de ieiunio: Cypr. de ieiunio & reparationibus. Orig. contra Cellsum.

XV. *In Eucharistia verum Christus* Cyprius inesse docet Cypr. l. de ecclo. Et ep. 6. Tert. l. de resurrectione carnis. Plurimifra in Varijs. Nunc pauca hæc in exemplum suffecerint; sic enim ire per pleraque licet.